



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

1. B. Virgo, in omnibus optimam partem elegit. Thema. Maria optimam partem elegit. Lucæ 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



EXHORTATIO I. PRO FESTO B.M.V. ASSUMPTÆ.

Ostendit B. Virginem optimam partem elegisse, cámque
eligidam elle à nobis.

THEMA.

Maria optimam partem elegit. Luc. 10.



Agnus Propheta reperitur, eliget; optima dona ac gratias, quas in Angelis & hominibus claris disertisque verbis de Christo Salvatore nostro, e jisque Matre benedicta vaticinatur: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel: beryum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.* In hac promulgatione prophetica spondet Propheta Filium Virginis inter alias operationes, hanc quoque habiturum ex omnibus eligat bonum, sive optimum; deterius vero rejiciat. Pro quibus autem eliget optimum? Utique non solum pro se ac nobis, verum etiam pro dilectissima Matre sua. Hinc comedit beryum, quod est optimum lactis, & mel, quod est optimum floris; pro illa igitur haud dubit optimum, quod in celo terraque

Hujus rei figuram præclararam significat L. 1. Regum c.8.9. ubi Deus per summulum ius Regis populo proponit; & ait: *Hoc erit ius Regis: Optima queque tolleret sibi.* Quod autem Deus Regis Israël concessit, illud utique Matrem, coeli terraque Reginæ non denegavit. Hoc erit ius coeli terraque Reginæ: *Optima queque, quæ in celo ac terra reperiuntur, tolleret sibi:* ex omnibus donis, gratiis & favoribus, Mariæ debentur optima. Hac de causa verba illa à Christo de Maria Magdalena dicta, Ecclesia B. Virginis applicat: *Maria optimam partem elegit.*

Ostendam itaque in distione praeterti, quâ ratione B. Virgo optimam partem elegit: & quomodo nos ejus imitatione & exemplo optimam partem eligere oporteat.

J. Virg.

L Virginitas res duas, sive duas partes complectitur; una est puritas, altera sterilitas seu infecunditas: nam ea ex una parte est pura, casta, modesta & immaculata; ex altera vero parte est sterilis, infecunda & sine prole. Optima ex his duabus pars est puritas, ac proper hanc alteram toleranda est. At Maria optimam partem elegit: Virginitatem puram illasque servavit; sed simul fecunditatem habuit, infecunditatem rejecit, verum id ex se non habuit, sed tanquam donum prorsus singularare à Divina Majestate ex eisdem gazophylacio accepit. Ut Isaías dicens predixit: Ecce Virgo concipiet & parvit filium c. 7. 14. Religiosus Societas in sensu morali imitetur B. V. habeat virginitatem seu castitatem & simul fecunditatem, ut multos Christo & in Christo pariat filios; quemadmodum de se aiebat S. Paulus: In Christo IESU per Evangelium ego vos genui 1. Corinth. 4. 17. & simul castitatem ut pupillam oculi puram & illasam conserveret.

II. Maternitas quoque duas habet partes; una est fecunditas, quā filios parit; altera est incommoditas & tristitia: ut Christus Dominus aiebat: Mulier cum parit tristitiam habet, Joan. 16. 21. Maria optimam partem elegit: B. Virgo concipit quidem & peperit Filium, verum incommoditatem, tristitiam & dolorem aliis mulieribus reliquit. Unum est, ait S. Bernardus serm. 8. de Assumptione: in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem: Gaudia Matris habens cum virginitate bonore. Sed hoc Maria privilegium est, non dabitur alteri, singulare est, sed continuo etiam indicibile inventum.

Religiosus Societas in sensu morali hoc privilegium procurare natur: ut & Mater sit, multos Christo gignens filios, sed sine tristitia & dolore: Hilarem enim datorem diligat Deus 2. Corinth. 9. 7. Sive concionando pariat filios Christo, sive catechizando, sive docendo in scholis, sive exhortologes excipiendis in templis, sine tristitia, sine dolore, immo cum gudio omnia faciat, & B. V. imitabitur.

III. Vita activa geminas habet partes, à quā Martha in Evangelio hodie non occupata fuisse legitur: una est occupatio, altera sollicitudo: illa enim Dei & proximi amore strenue est occupata & laboriosa; sed simul multis est molestis, curis & distractionibus implicata: Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Luca 10. ait Christus: Martha placet mihi quidem occupatio & labor tuus, quem in coquendo, me meoque discipulos tractando exhibes; at displacest nimia sollicitudo & turbatio. At Maria, B. V. optimam partem elegit. Illa quidem Christo ministriavit fideliter, sed nunquam sollicitudinibus & turbacionibus locum dedit, semper Deo interitus occupata, & in eo defixa.

Religiosus Societas imitetur B. Virginem, dedit se vita activa, sed sollicitudinem proscriptat, studeat, legat, rudes doctrinā imbuit, millions obeat, pro concione dicat, agros, & incarcera-tos invisat, sed perturbationes proscriptat, Deo per meditationes, orationes & suspiria amorosa intimè conjunctus.

IV. Vita contemplativa duas habet partes, negotium & occupationem cum

Deo, sed otium cum proximo. B.V. Maria optimam partem elegit: Semper enim fuit occupata cum Deo contemplacioni Deitatis intenta, & simul Humanitati Christi serviendo, alendo, sustentando, vestiendo occupata.

Religiosus Societatis rursum etiam in hoc B. Virginem imitetur, sit coniunctus cum Deo, & simul invigilat proximo: habeat contemplationes & meditationes, sed in speculacione divinæ Majestatis non sifstat, sed ad proximum quoque perficiendum, salvandumque orationem dirigat; ut enim D. Thomas docet: Perfectus, adeoque Deo gratius est, contemplata aliis tradere, quam solum contemplari.

V. Passio, sive pati duas partes continet, dolorem, & perturbationem. Parter id in nobis ordinarie; si adversa patientiam, nos ipsis regere nescimus, dejicimur, turbamur, querimur, lamentamur, & quandoq; adversitatis Authoribus irascimur & imprecamur. B.V. Maria optimam partem elegit: scilicet, adversitates, dolores, contemptus, ut prædictum ei S. Simeon: Tuam ipsis animam dolerū gladiis pertransibit. Sed tanta resignatione & patientia de manu Domini acceptavit, ut nec minimam perturbationem senserit, nec minimam querelam protulerit: sed semper dixerit, Fiat voluntas tua: fiat iuxta secundum verbum tuum.

Religiosus Societatis imitetur B. Virginem, eligat pati pro & cum Christo, sed sine murmure, sine querela, sine vindicta: exemplo etiam Apostoli, qui dicebat: 2. Corinth. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur

(non coarctamus, non suffocamus, ut veritatis Syrus Aporiamur, sed non deficiamus, aporiatur, id est ut explicat S. Ambrolius, rerum omnism penitus premimur, at non opprimimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimus, dejicimur, sed non perimus. Vala fiducia ex alta turri deiici & non frangi aperire mirum est: q. d. licet sumus valiticia & ex altissimis persecucionum turribus dejicimur, non tamen frangimur nec perimus. Semper mortificatus IESU in corpore nostro circumferentes, & vita IESU manifestetur in corporis nostris.

VI. Gaudere & honorari, seu prosperitas, gaudium, dignitas & honestas, duas partes numerat, scilicet, ipsam prosperitatem, latitiam & honorem, & operiam ac elationem animi: nos homines in prosperitate, & honore facile extollimur, evanescimus, alios contemnimus, nōque illis meliores esse censemus: Gut macht Muth/Gutthat selten gut/dicimus in adagio. B.V. Maria optimam partem elegit: Deus illam magnis donis & favoribus comulauit, in Conceptione & partu Filii, in Magorum adoratione; in electione ad Maternitatem, in Salutatione Archangeli Gabrielis: at illa constanter in humilitate sua stetit: Salutat illam Angelus gratiarum plenam: at illa se ancillam nominat: Salutat illam Elisabeth Matrem Domini, inter mulieres benedictam: sed illa se deprimit, & ancillam nuncupat: Ecce ancilla Domini. Ecce mibi magna qui potens est, fecit potentiam in brachio suo: Sed ego minima ancilla Domini sum & maneo.

Reli-

Religiosus Societatis B.V. imitetur & optimam partem eligat; si propter res eius succellum nanciscatur: deprimat se: Deoque gloriam tribuat: Non nobis Domine non nobis, sed nominis tuo da gloriam.

Si plausum & honorem in studiis, disputationibus, concionibus, actionibus reterat; humiliet se; dicaturque cum Apostolo: Soli Deo honor & gloria.

VII. In morte duas reperimus partes: una est unionis inter corpus & animam dissolutione; altera qua lequitur est corporis corruptio & incineratio, & consumptio a vermis. B.V. Maria optimam partem elegit, alteram rejecit, Matrem & unionis solutionem libenter de manu Dei acceptavit; eò quod sumnum Dei mandatum in omnes mortales edictum fuerat; teste Apostolo: Statutum est omnibus hominibus semel mori. Et quia hoc Dei mandatum Christus eius Filius non detrahebat, sic nec ipsa Virgo ab eo eximi voluit; estque mors bona; finis misericordie, initium felicitatis eternae. Itaque Maria hanc optimam partem elegit: sed alteram scilicet corruptionem & incinerationem tam feliciter evaluit. Sicut etiam de Christo Domino vaticinatus fuit Prophet Psalm. 15. 9. Non dabitis sanctum tuum videre corruptionem. Quia is expers fuit omnis peccati, & Sanctus. Imò Sanctus Sanctorum: ita quoque B. Virgo corruptionis, incinerationis & putrefactionis expers fuit, quia à peccato tam originali, quam actuali immunis erexit: corruptio autem est pena peccati, post Adæ peccatum mox inficta:

Pubris ei & in pulvrem reverteris Gen...;

Ubi ergo cessat culpa, cessat pena. Ac proinde sicut Arca B.V. figura ex lignis impurilibus compacta fuit, ita pariter ipsa B. Virgo incorrupta permanuit.

Religiosus Societatis hoc B. Virginis privilegium obtinere nequit: pulvis est & in pulvrem revertetur; sed hoc praefert, ut corpus in hac mortali vita a virtute & peccatis praeferunt fectis incorruptum servet; eligatque meliorem partem, non nimis illi indulgendo, sed frumentando, castigando, mortificando, ut post incinerationem & corruptionem temporalem, ad incorruptionem resurgat eternam in die judicii.

VIII. Gloria celestis duabus conflat partibus: una est gloria animæ, altera gloria corporis. Plerique mortales, qui salvi sunt, corpore in terra relicto, quo ad animam solam beatitudine donantur, donec in novissimo die corpus resuscitetur & pariter gloriæ eternæ donetur. At B. Virgo Maria optimam partem elegit, quando in celum assumpta, non solum quoad animam verum etiam quoad corpus. Ut ultra mille & sexcentos annos tenuit & tenet S. Mater Ecclesia. Prædixit id Vates Regius Psalm. 131. 8. dum ait: Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tue: Tu: & Arca sancta, in qua 9. mensibus requievisisti. Præciniuit quoque idem David Psalm. 44. 10. Asurit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Quem locum S. Athanasius in Evangel. de sanctissima Deipara exponit: dum inquit: Nunc adest Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata sole, luna & stellis; Regina & Domina & Mater Dei à dextris filii;

P 3 ubique

EXHORTATIO I. PRO FESTO ASSUMPT. B.M.V.

ubique regnans... Non quasi sine corpore & carne afflat, sed quod induit sit incorruptionis & immutabilitatis: quantum ad carnem. Confinit Athanasius Bernardus ita dictum textum explicans: Afficit Regina in corpore gloriose, ut cuius splendore, post Filium, tota tunc sit Civitas Beatorum. Adstipulatur S. Augustinus serm. de Assumpt. Letatur, inquit, Maria corpore & anima glorificata, per proprium Filium, quem genuit, quem fecit, quem dedit Dei Genitrix, Dei Ministratrix, Deique Servitrix. Juxta illud Joan. 12. 26. Si quis mihi ministerat, me sequatur. Subi ego sum, illic & minister meus erit: de qua quoniam aliter sentire non audeo, aliter dicere non presumo. Cum enim illa peculiaris ratione Christo, praे omnibus Sanctis serviet, decuit etiam peculiari ratione esse eum Christo filio suo in gloria, cum corpore & anima.

Religiosus Societatis hanc gratiam, hoc Virginis privilegium habere nequit: sed hoc praetare conetur, ut exemplo B. Virginis, Christo fideliter ministret, serviat, gloriam ejus querat pro viribus & augeat; ita post aliud tempus, corpus & anima erit cum Christo & B. V. in gloria.

Quapropter finio, & cum Moysè dico: Deut. 30. 19. Testes invoco hodie celum & terram; quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem: Elige ergo vitam ut vivas tu, i. In virginitate sunt duo, puritas & iterilitas; elige exemplo B. V. optimam partem, puritatem & spiritualem fertilitatem.

2. Maternitas habet duo, secunditatem & dolorem: elige optimam partem secunditatem & gaudium spatiuale. 3. Vita activa continet duo, occupationem & sollicitudinem, elige optimam partem, occupationem & laborem, sed sine sollicitudine. 4. Vita contemplativa complectitur duos occupationes cum Deo, & otium cum proximo. Elige optimam partem, & meditationes tuas ad proximum quoque juvandum dirige. 5. Passio numerat duo dolorom & perturbationem. Elige tripartitam partem, pati pro Christo, sed abique animi perturbationem. 6. Prospexitus habet duo, exultationem & exaltationem animi. Elige optimam partem & in omni prosperitate & honoris humilem exhibe. 7. In morte reperiuntur duo, solutio unionis & corruptionis. Elige optimam partem, incorruptionem peccati, ut tota aternitate maneat incorruptum. 8. In gloria inveniuntur duo, anima & corporis beatitudo. In fideliter Deo ministret, ut post tempus aliquod anima & corpus tuum, metetur eis cum Christo in gloria. Eligitur sed secundum Regulas resolutionis, à S. P. N. Ignatio propria, hoc elige, quod in hora mortis & in die judicii te elegisse optares; ita non aberabis, sed ita eliges, ut aliquando in cœlesti gloria, cum Christo Domino & cum Beatissima Virgine, omnibusque Sanctoris optimâ parte frui sis, que non afferatur à te in aeternum.

Amen.

EXHOR-